



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XCI. Aduersus quinq[ue] grassatones, inuocantem se S. Ignaius defendit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

Ordinis fuerit, indigno certe religioſa veste. Is Girondæ in Aragonia ſæculi huius anno vndecimo, ſeu iuudicis ſiue incredulus, ſatyram aduersus S. Ignatium aggressus eſt ſcribere, cuius cum partem affectam relegit, miratur ſuam manum, ſuo ab ingenio diuerſam, contraria omnia dictanti inge- nio vel maliitia ſcripſiſſe; nam præter laudes nihil re legebat qui nihil præ- ter probra manui ſuæ dictauerat. Errore igitur factum ſuo id putans, reſumpto ſtylo, quod conceperat mente, denuo contexit; at ecce tunc etiam dictanti ſcelerato, manus propria Ignatij laudes, pro conuictis reddidit, ac mirum, quantumuis furioſe in cœpta incubentis, non veniſſe in mentem illam manus, in aucto ingenio, operam, non poſſe errori attribui. Repetitā er- go tertium rabie, eodem ſuccelū deluſus eſt, ſed nihilominus ſtupido pa- riter, tibique indignanti, dum ſacrilegium integrat, reuulfus calamitus in medium cubiculi diffiliſit, ipſaque eadem occulta vi intorta eius manus in- gentem iplimē colaphum impegit, quo tandem aliquando pudefa- cetus, & pauens, colligit ſeſe, ſtylumque, & animam erga S. Ignatium mutauit.

Raphael Valcancerius Majoricensis, quadriennis ægrotus deſtitutione vi- rium interiebat. Cibi quatuor iam dies nihil admiferat, fueratque ad ſupre- mam laetam ſacro oleo inunctus, vocatus ē Societate, qui eum iuuaret ut Christianè moreretur, reliquias ſecum S. Ignatij attulit, & licet exper- tem rationis, & ſtupentem, iis tamen dueta cruce signauit, commen- dauitque S. Ignatio, quod iplum, & vxor præſtitit, ſpondens ſi conua- leſceret ſe diem S. Ignatij Feito annuo culturam, daturamque tribus pau- peribus prandium. Votum conceperat, & vires ſtatiſ redire, circumſpicere adſtantes, mentem recipere, moueri, cum tanquam cadauer antea iace- ret, febri denique poſta valere. His ſoror acceptis, magnoperè indidem remedium carcinomati ſperauit, quo erodebatur iam per biennium. Su- cepti ex voto facellum S. Ignatij nouemdiali cultu adeundum, illius imagi- nem ab uno ē noſtris patribus acceptam, parti affectæ appoſuit, & inde iam ſibi melius fieri aduertens, paucos intra dies bellissimè va- luit.

Benedictum Lopelium iuuenem, præfectum vnius ex Peruui fodinis, dum fugitiuum requirit mancipium, latrones quinque ex infidiis inuadunt, equo deturbant, proterunt, vulnerant, pro mortuo relinquunt. Cumque il- los primum conſpicatus, enixè S. Ignatium in ſui defenſionem inuocasset, vidit illum ſemper interponentem ſe illorum furori, vibratōſque iectus per- inde pallio, vt ſculo retudentem ſurgens demum post eorum diſceſſum, ve- ſtes, & pileum multis locis punetim, caſim, forata, & lacera comperit, inta- ſto corpore, ac ne minima quidem punetione præſtricto.

Gandiæ anno ſeculi primo Vincentia Cotziæ ſeptenni puellæ, fauces in- tercluſerat angina, iamque triduo nihil cibi transmittens non diu ſuperfutu- ra credebat, affertur ad eam imago S. Ignatij, quam eius avus ſculptor co- ronide ornandam acceperat, docetur sancti opem rogar, ſequi ab eo (vti &

*Aduersus S.
Ignatium
ſcribens, ca-
ſtigatur.*

X C.

*Moribundus
ſanatur.*

X C I.

*Aduersus
quinq; graſ-
ſatones, in-
nocantem ſe
S. Ignatius
defendit.*

X C II.

K K k 30 aliis